Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36886
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Bonorum mancipatus studium totum in scolis dicitur publice et indubitabili certitudine firmatur
quod vestre largitatis manus mihi necessaria porrigat habundanter quod leto animo non desino confidi
ut per vestram honorificentiam debita extollatur. Quare vestram benignitatem exoro suppliciter ac
devote. Quatenus mei recordari velitis intuitu vestre benignitatis faciendo quod saltem in aliquo
fama respondeat veritati et dicta cum factis conveniant et non sint penitus aliena. R.

Non licet prelatis vel ecclesiarum ministris dare consanguineis patrimonium Ihesu Christi quod distri-
buitur debet fidelibus inter pauperes et egenos et erogare parentibus orphanos et pu-
pillos. Unde cum substantia tua non sit tenuis sed sufficiens ad expensas non dignum est ut de
ipsa debeas inmerito necessariis providere et elemosinas non appetas ut neque peccata velis com-
medere populorum. Attendens finem et cognoscens quod nil carnis de vanis vocibus laycorum
nec secularium pompa vel laude vel mundana sed dicant homines quicquid velint dum tamen
nos conscientia propria non accuset. De scolare nepote ad cardinalem pro beneficio.

Venerabili patruo ac domino suo in Christo patri vice sui muneris commendato R. dei gratia
sancti Angeli dignissimo dyacono Cardinali. H. nepos eius scolaris bonus se ipsum
ad ipsius pedes. Cum magister Petrus lator presentium mihi socius et amicus ad dei fiduciam atque
vestram et sub spe fiducie et noticie quam mecum habet ad curiam nunc accedat pro ipso benigni-
tati vestre multiplicatis precibus affectuose supplico et instanter. Quatenus eidem sic favorem
vestre providentie vel potius mee devotionis intuitu dignemini misericorditer impertiri quod vestra
gratia mediante litteras apostolicas impetrare valeat pro beneficio quod desiderat optinere

Hartsigone tua dilectione plenius recognoscat quod magistro P. quem nobis ex tua
litteras deprecatorias apportavit sic intercessionibus tuis illi nostrum R.
dedimus consilium et favorem quod in curia fuit velociter expeditus et litteras retulit hinc
quecumque voluit impetrare. Super quo grates multo referre tenemur et fiducia facere grossa.

Viro nobili et excelso domino G. potestati Bononiensi. De potestate ad potestatem
multa laude et honore digno. T. potestas Mutine salutem et sui regis exitum glo-
riosum. Accedens ad nostram presentiam P. lator presentium civis vester honorabilis et dilectus
sua nobis querela monstravit quod Martinus civis noster sibi extra in utili tenetur sol-
vere C. libras ut patet per publicum instrumentum de quibus habere voluit rationem quamvis sepe
ut dicitur conquestus fuit coram nobis et iam diu solutionis terminus sit elapsus. Verum quia mi-
ramur cum vestra civitas sit terra in qua sicut aqua emanare fons totius sapientie consuevit.
Quare nobilitatem vestram propensius rogitamus quatenus ad honorem vestre pro quo mearum precum instancia

Dilecto ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi
Dilecto ut ait apostolus